

*Pd. 42.*



SELE

29

JURE

MICO

B L S

RELAZERS



R A

NE

ON

uideo  
to sole  
ra hac  
l. 52.  
raffo-  
Com-  
S. M  
l fact  
ntia  
è sep  
e chur  
r junc  
IX. 2  
I. Cor  
al. I

SIS

VUS



SELECTÆ POSITIONES 28. 29

E X

JURE CANONICO,

D E

SPONSALIBUS,

Junctis ex Jure Civili Universo

ASSERTIONIBUS MISCELLANEIS;

QUAS

AUSPICE

DEO

PATROCINANTE

DEIPARA

VIRGINE;

PRÆSIDENTIBUS

PRÆ-NOBILIBUS, CLARISSIMIS, ET CONSULTIS-  
SIMIS VIRIS AC DOMINIS:

D. ERNESTO, SALENTINO,  
WALTHERO CURTIO,

J.U. Doctore, Inclytæ Facultatis Juridicæ Colon.  
Professore Ordinariô, Publicô, & Dictatore,

NEC NON

D. PETRO DE MONTE,  
Ejusdem Facultatis Doctore & Fisco, ac Liberæ  
Imperialis Reipublicæ Colonienfis Senatore,

PRO

Licentia Gradûs Doctoralis in Utroque Jure obtinenda  
IN PUBLICO UBIORUM JURIS AUDITORIO

DEFENDET

ALBERTUS SEBASTIANUS, NOBILIS DE MENSHEGEN,  
S.R.I. EQVES, Austriacus Viennensis,

Annô parta Salutis 1733. Die 27. Augusti, horis consuetis.

Coloniæ Typis NICOLAI THEODORI HILDEN.  
Cum Privilegio Venerandæ Facultatis Juridicæ.



LECTURAE  
JURE CANONICO  
DE  
SPONSAL  
Jungis ex Jure Civilit  
ASSERTIONIBUS MIS  
QUAS  
AUSPIC  
D. PATROCINA  
D. FELI  
VIRGIL  
PRÆNOMINIBUS



SERENIS

Cæteriqu

REVE

RECISTA.  
LIS DE MENSHENGE

iffimus

UM

ENEROSARUM

GNITATUM,

ATIS TUF,

existere non dedigna-  
nteceritis, si Positio-  
sed Formosa. Am-  
omnium Divinum  
schriorem efficere con-  
PEM sub Equatore  
thropem, quod aymt,



Vas ex f  
Et ex on  
quam in  
hodie pa  
illa Au

quò vincendi genere  
nam S. MARIÆ I  
hic mihi Circus Max  
hinc dotem auferam  
sandus ; nimirum il  
quas consistere, illic  
Optime Et Vos PAT  
minâstis, circumscri  
cao jurisprudentia  
Conspectu, in digni  
lium, excipere Tela  
Imaginatio Et mem  
presidetis. O !  
Imperatorem Clemen  
lectissimam solidò  
Gloria Caesaris mei

*REVERENDISSIMO*

*SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,*

**D. JOANNI  
THEODORO**

**EPISCOPO FRISINGENSI  
ET RATISPONENSI.**

**S. R. I. PRINCIPI,**

**UTRIUSQUE BAVARIÆ DUCI, COMITI  
PALATINO RHENI**

*&c. &c.*

*DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,*

**NEC NON**

*REVERENDISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS,*

*PERILLUSTRIBUS ET GENEROSIS DOMINIS,*

**SANCTÆ CATHEDR. ECCLESIAE**

**FRISINGENSIS**

**PRÆPOSITO, DECANO,**

**CAPITULARIBUS UNIVERSIS,**

*PATRONIS ET MECOENATIBUS*

*OBSERVANDISSIMIS, GRATIOSIS,*

*BENEVOLIS.*

**D. O. C. Q.**



# SERENISSIME PRINCEPS!

Cæterique DD. PATRONI Gratosi,

Mecœnates Observandissimi!



*Q*uas ex Jure Canonico Positiones de SPONSALIBUS, & ex omni Jure Civili Assertiones Legum varias, tanquam in unum Utriusque Juris Fasciculum colligari, hodie palam solvere atque explicare constitui; at quò res illa Auspicio geretur tutius, quò Patrociniò felicius, quò vincendi genere gloriosius? non me fallit consilium: ad Columnam S. MARIÆ Frisingensis, pralii hujusce aleam periclitabor: hic mihi Circus Maximus, hic Campus erit Martius: hinc arrbas, hinc dotem auferam Pugilator, mox Sponsa ipsi Illustrissima desponsanda; nimirum illic oleas, intra quas currere, illic metas, ad quas consistere, illic Lauros, quas rapere oporteat, PRINCEPS Optime & Vos PATRONI Observandissimi! proposuistis, determinastis, circumscripsistis. Me Hercule! raptus mihi videor, è Lycæo Jurisprudentiæ Ubiorum, & jam jam in Serenissimo Principis Conspectu, in dignissimis Vestris Presentiis stare accinctus ad Prælium, excipere Tela, elidere, retorquere. Tantum valet vel sola Imaginatio & memoria Loci tam Sacri, quem VOS tenetis, cui præsidetis. O! si post conciliata per Augustissimum CAROLUM VI. Imperatorem Clementissimum pro me Sponsalia Sponsam isthanc delectissimam solidò Jure possidere contingat, quantis viribus pro Gloria Caesaris mei, pro Incremento Ecclesiæ Vestræ, universique Capituli Juribus depugnabo! nec sanè videbor Æthiopem, quod ajunt, lavare, si Coronatum Ecclesiæ Vestræ ÆTHIOPEM sub Equatore Frisingensi novò quodam Calore nigriorem ac pulchriorem efficere conitar; decet quippe SPONSAM nostram communem Divinum illud Effatum dictare semper posse: Nigra sum, sed Formosa. Animos istos, & calores VOS profectò mihi injeceritis, si Positionum mearum Fautores, Patroni, Mecœnates existere non dedignamini.

Ita cupiebam

REVERENDISSIMÆ SERENITATIS TUÆ,  
ILLUSTRISSIMARUM DIGNITATUM,  
AC PERILLUSTRIMUM, GENEROSARUM  
DOMINATIONUM VESTRARUM

Cliens Devotissimus

ALBERTUS SEBAST. NOBILIS DE MENSHEGEN,  
IMPERIALIS PRECISTA.

SIME PRINCEPS!

e DD. PATRONI Gratioſi,

Mecœnates Obſervandiſſimi!

*Jure Canonico Poſitiones de SPONSALIBUS, ſub  
ſubſcripto Jure Civili Aſſertiones Legum varias, tan-  
tam unum Utriuſque Juris Fasciculum colligavi,  
tam ſolvere atque explicare conſtitui; at quò res  
ſpicio geretur tutius, quò Patrocinio feliciter,  
glorioſius? non me fallit conſilium: ad Colum-  
ſingenſis, prælii hujusce aleam periclitabor:  
immo, hic Campus erit Martius: hinc arrhas,  
Pugilator, mox Sponſa ipſi Illuſtriſſima deſpon-  
ſic oleas, intra quas currere, illic metas, ad  
Lauros, quas rapere oporteat, PRINCEPS  
PATRONI Obſervandiſſimi! propoſuiſtis, deter-  
poſiſtis. Me Hercule! raptus mihi videor, è Ly-  
Obiorum, & jam jam in Sereniſſimo Principis  
ſiſtis Veſtris Preſentis ſtare accinctus ad Præ-  
ſentis, elidere, retorquere. Tantum valet vel ſola  
ſentis Loci tam Sacri, quem VOS tenetis, cui  
& conciliata per Auguſtiſſimum CAROLUM VI.  
ſentis pro me Sponſalia Sponſam iſthanc de-  
ſentis poſſidere contingat, quantis viribus pro  
ſentis pro Incremento Eccleſiæ Veſtræ univerſitatis Ca-*



THE-

andi causa. Pirh. de  
23. seqq. Eng. cod.  
101. Lac. n. 84. C.  
impe : obligationem  
matrimonium contra-  
cit. a Reiffenst. de  
dispensatione novus  
ard. de Luca in An-  
tarim. discurs. 7.  
inter inhabiles sub  
adeoque obtenta  
; eamque Senten-  
; artamen pro pri-  
de Decisiones Rota

**A**D Spon  
capax

n. 47.

Cum verò  
suppleat, v  
Et in L. 14.  
non requiri,  
Lege septem  
an malitiã æ  
contrahi pos  
n. 50. ; Affir  
defendunt. I  
impub. n. 4.

**I**Nhabiles,  
mens, v  
La-C. n. 93. I  
contraxissent  
lum esse.

*Excipitu  
dispensaver*



## T H E S I S I.

**S**ponsalia à spondendo appellata, alia sunt de futuro, alia de presenti; Hæc sunt Matrimonium ratum, nondum per copulam consummatum. Nomine Sponsalium simpliciter positorum, veniunt illa de futuro; & in *L. i. ff. h. t.* rectè definiuntur, quòd sint mentio *id est* promissio & repromissio futurarum nuptiarum; sive mutua promissio Matrimonii. Kügler. *de Sponsf. p. 1. n. 2.* Reiffenstuel. *de Sponsf. n. 3. § seq.*

## T H E S I S II.

**U**nde si Paulus Annæ promittat Matrimonium, & illa promissionem acceptet, sed sine proposito vicissim se obligandi Paulo, tunc nec hic obligatus erit; quia tacite in Pauli promissione subintelligitur; si tu Anna mihi repromiseris, nec Anna erit obligata, quia non repromisit. Eng. *h. t. n. 3.* Pirh. *h. t. n. 3.* Kügl. *p. 1. §. 2. q. 4.* Reiffenst. *h. t. n. 16. § 41.* La-Croix *de Sponsf. n. 49.*

*Fallit 1.* Si promissio Pauli fuerit gratuita, & absoluta; ut si Paulus dixerit: independenter à tuâ repromissione, & relinquendo tibi spatium deliberandi, ego absolute me obligo ad ducendam te. DDres relati. *locis jam cit.*

*Fallit 2.* Si tractatus de Sponsalibus, vel Matrimonio præcesserint, & mulier manum porrexit, anulum, vel alia dona acceptaverit, tunc enim implicita dignoscitur facta repromissio, eaque sufficit. Eng. *h. t. §. 2. n. 8. vers. 3. 2. § 3.*

## T H E S I S III.

**Q**ualis in dubio debeat præsumi promissio, si Titius promiserit Matrimonium Cajæ, promissionem acceptanti, sed expressè non repromittenti?

Respondeo in dubio debere præsumi promissionem conditionalem, si Caja repromiserit. Cardin. de Luca *de Matrim. Discursf. 8. n. 4. § 8.* Eng. *n. 8.* Reiffenst. *n. 41.* Lac. *n. 131.*

T H E S I S I V.

**A**D Sponsalia validè contrahenda requiritur usus rationis, capax peccati mortalis. Kügl. §. 1. n. 6. & n. 80. La-C. n. 47.

Cùm verò Matrimonium ante pubertatem, si malitia ætatem suppleat, validè contrahi possit; C. 9. *Et ult. de Desp. impub.* & in L. 14. ff. de Spons. dicatur: ad Sponsalia certam ætatem non requiri, sicut in Matrimonio: postea tamen in eadem Lege septennium requiratur; Hinc ingens exurgit quæstio: an malitiâ ætatem supplente Sponsalia ante septennium validè contrahi possint? Negativam tenent multi, & cum suis La-C. n. 50. ; Affirmativam tamen, (quæ & communior est) rectè defendunt. Kügl. p. 1. §. 2. q. 6. n. 79. Reiffenst. de Desp. impub. n. 4.

T H E S I S V.

**I**nhabiles, id est habentes impedimentum perpetuum dirimens, vel impediens, validè Sponsalia non contrahunt. La-C. n. 93. Reiffenst. n. 19. ubi in fin. *ampliat.*: licet juratò contraxissent, rectèque dicit, juramentum quòque tunc nullum esse.

*Excipitur*: Nisi contraxissent sub conditione: *si Papa dispensaverit.* modò sit impedimentum, super quo Pontifex dispensare soleat, & adsit justa dispensandi causa. Pirh. de *Condit. appof.* n. 26. Reiffenst. eod. n. 23. *seqq.* Eng. eod. n. 17. Kügl. *partis una parte 2da q. 5. p. tot.* Lac. n. 84. & 94. talisque promissio importat duo, nempe: obligationem petendi dispensationem, eaque obtentâ Matrimonium contrahendi. Kügl. d. q. 5. n. 54. *in fin.* dissent. *cit.* à Reiffenst. de *Condit. appof.* n. 34. & *seqq.* Obtentâque dispensatione novus consensus non est necessarius; licet enim Card. de Luca in *Annotat. ad S. C. T. Discurs.* 27. & de *Matrim. discurs.* 7. n. 4. contrariam Sententiam, quòd Sponsalia inter inhabiles sub jam factâ conditione contracta sint invalida, adeoque obtentâ dispensatione novus consensus sit necessarius; eamque Sententiam veriore, magisque receptam asserat; at tamen pro primâ, quam teneo, Sententiâ, plures quòque Decisiones Rotæ ex aliis adducit *Reiffenst. loc. cit.*

THE-

T H E S I S I V.

Sponsalia validè contrahenda requiritur usus rationis, peccati mortalis. Kügl. §. 1. n. 6. §. n. 80. La-C.

Matrimonium ante pubertatem; si malitia ætatem validè contrahi possit; C. 9. §. ult. de Desp. impub. ff. de Spons. dicatur: ad Sponsalia certam ætatem sicut in Matrimonio: postea tamen in eadem ætatem requiratur; Hinc ingens exurgit quæstio: ætatem supplente Sponsalia ante septennium validè sint? Negativam tenent multi, & cum suis La-C. affirmativam tamen, (quæ & communior est) rectius Kügl. p. 1. §. 2. q. 6. n. 79. Reiffenst. de Desp.

T H E S I S V.

id est habentes impedimentum perpetuum dirimel impediens, validè Sponsalia non contrahunt. Reiffenst. n. 19. ubi in fin. ampliatur: licet jurato, rectèque dicit, juramentum quòque tunc nul-

latur: Nisi contraxissent sub conditione: si Papa interdictum sit, modò sit impedimentum, super quo Pontifex

AD valorem Spo

THE-

ns. q. 1. r. p. 3. La. C. 99.

propter impedimen-  
it copulam, quia ad  
una, pater nullam  
am dare,  
gnare, quam voler;  
it, se Titio datum  
nam accipere, qua  
e proprie Sponsalia;  
at accipere unam ex

oc. cit. n. 123.

iter excedens dicar:  
nam; & tamen jurato  
s vir prudens credere

vel talia verbi  
alioquin asser  
jocum proba  
ramentum su  
tamen nullat  
se dolosam,  
tinendum v.  
allegans, ja  
minus habil  
t. n. 8.

Si quis fa  
conditione :  
furi ; altera  
bandi condi  
jicere non po  
est scindenda  
Lauterb. in  
fesis, & de

Qui sub  
absol  
partis prim  
Excipitu  
læ; v. g. in

## T H E S I S VI.

**A**D valorem Sponsalium consensus parentum præcisè non est necessarius; regulariter tamen, ut licitè contrahantur, omnino requirendus. Eng. *de desp. impub.* §. 2. n. 4. Kügl. p. 1. §. 1. q. 9. Reiffenst. *h. t. n.* 23. *seqq.* La-C. n. 100.

## T H E S I S VII.

**S**Oli Parentes pro filiis Sponsalia contrahere possunt. Kügl. p. 1. §. 1. n. 15. Reiffenst. n. 62. non tantùm Pater, sed & Mater. Reiffenst. n. 63. intelligunturque tunc filii præsentem consentire. Reiffenst. n. 64. si verò absentes desponsati fuerint, & parentes postmodum id eis notificaverint, & ex tunc filii non contradicant, intelliguntur quoque tacitè consentire; secus si se à parentibus desponsatos aliunde resciverint. Reiffenst. n. 65. si verò frater pro sorore, tutor pro pupillo, aut alius quis pro quopiam Sponsalia contrahere nititur, non sufficit sola præsentia, & taciturnitas sic desponsorum, sed requiritur insuper aliud signum externum, quò præsens sic se desponsari intelligens consensum sufficienter exprimat. Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 23. n. 7.* Barbosa *in C. unic. de desp. impub. n. fin.* Reiffenst. *h. t. n.* 62. solus enim consensus internus non sufficit; quia promissio non acceptata non obligat; sed talis promissio merè interna ab altera parte acceptari non potuit, ergo &c. Eng. *de desp. impub.* §. 2. n. 5. *in fin.*

Porro ad validitatem horum quoque Sponsaliorum, quæ parentes pro filiis contrahunt, ætas quoque septennii in filiis requiritur.

## T H E S I S VIII.

**H**IS verbis: *Non aliam nisi, vel præterquam te ducam,* non absoluta, sed conditionata Sponsalia intelliguntur contracta; si aliquam ducturus sim. Pirh. *h. t. n.* 7. Reiffenst. *eod. n.* 33. Kügl. p. 1. §. 1. n. 14. La-C. n. 126. de aliis variis, tum formulis, tum signis dubiis videatur latè tractans Reiffenst. *h. t. n.* 27. *seqq.*

## T H E S I S IX.

**Q**UI fictè, vel jocosè, aut aliàs non seriâ mente protulit verba, quæ de se Sponsalia important, si bene videat, quòd ab alterâ parte promissio probari nequeat, absolutè, etiam cum juramento negare poterit, se Matrimonium promississe,



vel talia verba dixisse. Reiffenst. *h. t. n. 9. § 27. La - C. n. 66.* alioquin asserens, se fictè, vel jocosè promississe, fictionem, vel jocum probare, eo autem semiplenè duntaxat probato, ad juramentum suppletorium admitti debet; ad quod juramentum tamen nullatenus admittendus, qui liberare se volens dicit: se dolosam, ac simulatam tantùm fecisse promissionem, ad obtinendum v. g. usum corporis, quia turpitudinem propriam allegans, jam suspectum se facit, & indignum fide, sicque minus habilem, ut juramentum ei deferatur. Reiffenst. *h. t. n. 8.*

Si quis fateatur, se Sponsalia contraxisse, sed addat, sub conditione: si parentes, vel illi, aut isti de familiâ sint consenturi; altera pars tunc Sponsalia pro confessatis, & onus probandi conditionem in taliter consententem, & excipientem conjicere non potest. *La - C. n. 90. confessio enim qualificata non est scienda, La - C. loc. cit. nec in hac, nec in aliis materiis. Lauterb. in dissert. de confess. aliâque passim ad tit. de confessis, § de except.*

## T H E S I S X.

**Q**ui sub ficta spe Matrimonii puellam induxit ad copulam, absolute eam ducere tenetur. *Eng. h. t. §. 2. n. 13. Kügl. partis primæ parte 2da, q. 3. Reiffenst. n. 115. h. t. § seqq.*

*Excipitur:* Nisi vir notabiliter excedat conditionem puellæ; v. g. in qualitate divitiarum, aut nobilitatis. *Eng. loc. cit. n. 14. Reiffenst. loc. cit. n. 121.*

*Subexcipitur:* Nisi deceptor notabiliter excedens dicat: scio conditionem meam: novi quòque tuam; & tamen juratò ità affecuret puellam, ut & ipsa, & quivis vir prudens credere possit, eum sincerè promittere. *Reiffenst. loc. cit. n. 123.*

## T H E S I S XI.

**P**romissio incerta, uti, si quis spondeat accipere unam ex tribus Filiabus Titii, non importat propriè Sponsalia; obligat tamen talis promissio, & tenetur unam accipere, quæ ei placuerit. Similiter si pater sponderit, se Titio daturum unam ex tribus filiabus suis, potest assignare, quam volet; & si Titius unam respuat, non tenetur aliam dare.

Quòd si Titius habuerit copulam cum una, pater nullam tenebitur dare; non illam, cum quâ habuit copulam, quia ad nullam determinatè tenebatur; nec aliam, propter impedimentum affinitatis, quod contraxit. *Bonac. de Spons. q. 1. p. 3. La - C. 99.*

THE-

pa dixisse. Reiffenst. *h. t. n. 9. § 27. La - C. n. 66.*  
 mens, se fictè, vel jocosè promississe, fictionem, vel  
 re, eo autem semiplenè duntaxat probato, ad ju-  
 ppletorium admitti debet; ad quod juramentum  
 tenus admittendus, qui liberare se volens dicit:  
 ac simulatam tantùm fecisse promissionem, ad ob-  
 g. usum corporis, quia turpitudinem propriam  
 m suspectum se facit, & indignum fide, sicque  
 em, ut juramentum ei deferatur. Reiffenst. *b.*

teatur, se Sponsalia contraxisse, sed addat, sub  
 si parentes, vel illi, aut isti de familiâ sunt consen-  
 pars tunc Sponsalia pro confessatis, & onus pro-  
 tionem in taliter consententem, & excipientem con-  
 otest. *La - C. n. 90.* confessio enim qualificata non  
 , *La - C. loc. cit.* nec in hac, nec in aliis materiis.  
*dissert. de confess.* aliique passim *ad tit. de con-*  
*except.*

T H E S I S X.

ficta spe Matrimonii puellam induxit ad copulam,  
 utè eam ducere teneretur. Eng. *h. t. §. 2. n. 13. Kügl.*  
*& parte 2da, q. 3.* Reiffenst. *n. 115. h. t. § seqq.*  
*r.* Nisi vir notabiliter excedat conditionem puel-  
 qualitate divitiarum, aut nobilitatis. Eng. *loc. cit.*

Kugl. p. 1. §. 1. q. 5.  
rh. eod. n. 17. & seqq.  
Laym. de Spons. cap. 1.  
monium, ejusque diffi-

per Censuras Ecclesiasti-

C. n. 119.

rum. L. fm. C. de error.

ibique Eng. n. 4. La-C.  
vallum impune relinere  
n ad pubertatem vene-  
traxerint, non quidem  
m talis, live ipsi per se,

V.

esse *Comm.* Quámque  
Theologi, atque Juris

La-C. n. 18.

**S**I Titius  
tam,  
sta, cum a  
gis commu  
rata à Titio  
*Partis primæ*

Ita parit  
nem ingres  
verioreni ju  
non altera.  
*Partis primæ*  
multi ab hi

**P**Er Vot  
etiam  
salia quoad  
Pirh. *Qui*  
*seqq. h. t.*  
La-C. n. 18.

## T H E S I S XII.

**Q**ui sponsalia contraxit successivè cum duabus, primam ducere tenetur; si tamen Sponsus advertat se ad posteriora compellendum à Judice, eò, quòd priora probari non possint, licitè contrahet cum posteriore. Spörer *n.* 210. La-C. *n.* 73.

Sed: quid si posteriorem impragnasset? Respondeo, adhuc prævalere prima sponsalia. Reiffenst. *de Spons. duor. n.* 8. *seqq.* Kügl. *ima partis parte 3tia q.* 4. La C. *n.* 74.

*Limitant* multi cum Sanch. ut La-C. aliique in casu, quò posterior sponsa grave, & non aliter, quàm per Matrimonium reparabile damnum pateretur: Econtra verò Sponsa prior nullum, vel nonnisi modicum damnum sentiret: tunc enim æquitate, & charitate postulante, primam ad cedendum Juri suo cogi posse tradunt; quibus in terminis cum Guttierrez contradicit Reiffenst. *de spons. duor. n.* 8. Primam verò ex charitate quidem, sed non ex justitia, ad cedendum juri suo obligatam esse, rectius tenet Kügl. *loc. cit. n.* 76.

## T H E S I S XIII.

**S**olemnis quoque est controversia: num metus, sicuti Matrimonium, ita pariter & sponsalia reddat invalida? Negat cum multis aliis Pirh. 21.

Affirmant Reiffenst. *h.t. n.* 13. Kügl. *p. 1. §. 2. q. 2. ubi n.* 34. *comm.* testatur.

*Ampliatur:* Etsi jurata fuerint; modò juramentum eòdem metu extortum esset; adeo, ut nec juramenti relaxatione hòc casu opus sit. La-C. *n.* 108.

## T H E S I S XIV.

**A**dmodum controversa etiam est quæstio: an valeat promissio pœnalis: v. g. ut pars injustè resiliens pendat mille aureos?

Affirmant multi, ut Eng. *§. 2. n.* 7. *h.t.* Reiffenst. *eod. n.* 187. *seqq.* ubi *n.* 188. plures alios citat. Negativa tamen, pro quâ apud La-C. *n.* 147. etiam S. Thomas citatur, cum Kügl. *§. 1. q.* 3. ubi *n.* 42. pro hac plurimos addit; testaturque esse *Comm.* Quàmque teste Haunoldo *ibid.* tenent omnes ferè Theologi, atque Juristæ, quæ mihi quoque præplacet.

## T H E S I S X V.

**I**Mpuberes ambo, vel alteruter tantum talis, five ipsi per se, five Parentes Sponsalia pro iis contraxerint, non quidem durante pupillari ætate, sed postquam ad pubertatem venerunt, statim, non post longius intervallum impunè resilire possunt. *C. 9. & seqq. de Desp. impub. ibique Eng. n. 4. La-C. n. 113. & 118.*

Dixi: *Statim*: id est: intra triduum. *L. fin. C. de error. Advocat. L. fin. C. de Judic. La-C. n. 119.*

Puberes efficaciter obligantur, ut per Censuras Ecclesiasticas cogi possint. *C. 10. h. t.*

Nisi Judex periculosum fore Matrimonium, ejusque difficiles exitus prudenter timere possit. *Laym. de Spons. cap. 1. n. 4. Eng. h. t. §. 2. n. 12. in fin. Pirh. eod. n. 17. & seqq. Reiffenst. n. 152. & seqq. sign. 166. Kügl. p. 1. §. 1. q. 5. La-C. n. 62.*

## T H E S I S X V I.

**S**I Titius post Sponsalia contracta cum Anna, duxerit Bertam, prima sponsalia ab utràque parte omnino esse extincta, cum aliis tradit *Pirh. h. t. n. 59.* Melius tamen alii magis communiter tenent, quòd hòc casu Anna sit quidem liberata à Titio, non verò vicissim ipse ab Annâ. *Kügl. Partis primæ parte 3tiâ. §. 2. q. 5. La-C. n. 201.*

Ita pariformiter, si post Sponsalia alterutra pars Religionem ingressa fuerit, & ante professionem ad sæculum reversa, veriore judico sententiam, quòd hæc pars maneat obligata: non altera. *Pirh. n. 50. h. t. Reiffenst. eod. n. 226. Kügl. Partis primæ, parte 3tiâ §. 2. q. 1. La-C. n. 187. diss. multi ab his cit.*

## T H E S I S X V I I.

**P**ER Votum Cœlibatûs, five perpetuæ Continentiæ, aut etiam suscipiendi Sacros Ordines, non solvuntur Sponsalia quoad voventem: benè tamen quoad alteram partem. *Pirh. Qui Cleric. vel vovent. n. 27. seqq. Reiffenst. n. 234. seqq. h. t. Kügl. Partis primæ parte 3tiâ. n. 9. & §. 2. q. 2. La-C. n. 189. & seqq.*

Per

2.

T H E S I S X V I.

post Sponsalia contracta cum Anna, duxerit Ber-  
prima sponsalia ab utrâque parte omnino esse extin-  
ctis tradit Pirh. *h. t. n. 59.* Melius tamen alii ma-  
niter tenent, quòd hòc casu Anna sit quidem libe-  
ra, non verò vicissim ipse ab Annâ. Kügl. *Par-*  
*te 3tiâ. §. 2. q. 5.* La-C. *n. 201.*

ormiter, si post Sponsalia alterutra pars Religio-  
sa fuerit, & ante professionem ad sæculum reversa,  
iudico sententiam, quòd hæc pars maneat obligata:  
Pirh. *n. 50. h. t.* Reiffenst. *cod. n. 226.* Kügl.  
*ma, parte 3tiâ §. 2. q. 1.* La-C. *n. 187.* diss.  
cit.

T H E S I S X V I I.

um Cœlibatûs, sive perpetuæ Continentiæ, aut  
suscipiendi Sacros Ordines, non solvuntur Spon-  
salia: bene tamen quoad alteram partem.  
*Cleric. vel vovent. n. 27. seqq.* Reiffenst. *n. 234.*  
*Kügl. Partis primæ parte 3tiâ. n. 9. §. 2. q. 2.*  
*9. §. seqq.* Per

Proximum Cognato-  
cus cum iustis, ac feris  
m. Reiffenst. n. 277. G

XX.

impudicos, à sponsa  
recte cum aliis tradit  
tamen ob talia, præ-  
missa, resiliere non po-  
m assent. La. C. n. 162.  
licet, pro hac esse argu-  
urumque posse resi-  
olle volunt alii. Sunt  
solum sponsum hoc  
ponsus, & sponsa cum

quentem, etiam vi  
Reiffenst. n. 252. Kùgl.

seq. Eng.  
n. II. G. f.

Idem die  
rum, vel  
Reiffenst. b

**C**onsum-  
alteri  
Si uterque i  
sententia :  
Spör. de Sp  
parte 3tia

Quæritur  
dives, aut  
resilire. V.  
te 3tia. S.  
(quæ & con

Præterea  
esse virgines  
resilire. La-

Per Votum ingrediendi Religionem ( et si hoc licitum sit ) Sponsalia tamen quoad voventem non solvuntur, nisi secuta professione; sed interim suspenduntur, sicuti per Novitiatum. La-C. n. 190.

T H E S I S XVIII.

**S**i post Sponsalia detegatur impedimentum v. g. affinitatis, vel cognationis in tertio, aut quarto gradu, uterque, etiam invito altero potest resilire. Bonac. *de Spons. q. 1. tr. 7. n. 7.* Kügl. *Partis primæ parte 3tia, §. 1. n. 2.*

*Ampliatur* : Licet etiam copula utrimque spontaneè fuisset præhabita. Bonac. & La-C. *loc. cit.*

*Dixi* : Spontaneè : nam si Sponsus malitiosè, per dolum, vel importunas sollicitationes puellam pellexisset ad copulam; tunc Sponsus puellæ teneretur ad damna resarcienda, vel ad dispensationem petendam. Bonac. La-C. & Kügl. *loc. cit.*

T H E S I S XIX.

**O**b secutam Sponsi, vel Sponsæ fornicationem, pars innocens poterit resilire, & quoad ipsam soluta tunc erunt Sponsalia. Reiffenst. *h. t. n. 244. §. seq.* Kügl. *partis una parte 3tia n. 13.*

Etiam ob fornicationem Sponsæ, licet sponsalia antecedentem, Sponso tamen pro tunc incognitam, & post Sponsalia primitus detectam, Sponsus resilire poterit. Reiffenst. *n. 246.* Kügl. *loc. cit. n. 14.*

Idem Jus quidam etiam Sponsæ tribuunt, ob præcedentem Sponsi fornicationem, Sponsæ postmodum detectam; sed rectius alii ( quorum sententiâ communis est ) id ipsum, saltem regulariter verum esse, negant. Pirh. *h. t. n. 62.* Reiffenst. *loc. cit.* Kügl. *loc. cit.*

*Excipitur* : nisi Sponsus ex præcedente fornicatione prolem haberet; aut cum pluribus fornicatus esset. Reiffenst. *n. 250. seq.* Kügl. *loc. cit. n. 15.* La-C. *n. 180.*

Ob fornicationem Sponsæ sive præcedentem, sive subsequentem, etiam vi oppressæ, Sponsus resilire poterit. Reiffenst. *n. 252.* Kügl. *loc. cit. §. 2. q. 6.*



Quid verò : si post Sponsalia & Sponsus, & Sponsa cum aliis fornicati fuerint ? Plures tenent, solum Sponsum hoc casu posse resilire. Neutrum resilire posse volunt alii. Sunt etiam satis graves Authores, tenentes, utrumque posse resilire. Ita Kügl. *loc. cit.* q. 7. ubi n. 89. dicit, pro hac esse argumenta firmiora, eamque probabiliorem asserit. La-C. n. 162. illamque & ego defenditare malo.

Ob oscula, amplexus, aut tactus impudicos, à Sponsâ liberè admissos, posse Sponsum resilire, rectè cum aliis tradit Pirh. *h. t.* n. 61. Reiffenst. n. 253. Sponsa tamen ob talia, præterquam nimis frequenter à Sponso commissa, resilire non poterit. Reiffenst. n. 254.

T H E S I S XX.

**I**mprævisus quoque Parentum, vel Proximiorum Cognatorum gravis dissensus, præprimis junctus cum justis, ac seriis minis, præbet justam resiliendi causam. Reiffenst. n. 277. *Et seq.* Eng. *de Desp. impub.* n. 11. Card. de Luc. *de Matrim.* n. 11. *Et seqq.*

Idem dicendum, de subsecutâ, vel detectâ notabili morum, vel corporis deformitate, signanter foetente halitu. Reiffenst. *h. t.* n. 262. La-C. n. 171.

T H E S I S XXI.

**C**onfimiliter subsecuta, vel detecta alterutrius paupertas, alteri parti justam resiliendi causam præbet : sed quid : Si uterque in æqualem paupertatem inciderit ? Probabilior est sententia : quod uterque possit resilire. Reiffenst. *h. t.* n. 263. Spör. *de Spons.* 218. La-C. n. 172. Kügl. *Partis primæ parte 3tiâ* §. 1. n. 26.

Queritur : an vice versâ una pars post sponsalia notabiliter dives, aut nobilis effecta, possit ab alterâ jam impari licitè resilire. Varias referunt Sententias Kügl. *Partis primæ parte 3tiâ* §. 2. q. 10. La-C. n. 173. Mihi absolutè Negativa (quæ & communior est) præplacet cum Kügl. *loc. cit.*

Præterea : Si sponsalia contraxisti cum eâ, quam putâsti esse virginem, sed postea intelligis esse viduam, justè poteris resilire. La-C. n. 185.

THE-

de Desp. impub. n. 11. Card. de Luc. de Matrim.  
99.

endum, de subsecutâ, vel detectâ notabili mo-  
corporis deformitate, signanter foetente halitu,  
t. n. 262. La-C. n. 171.

#### T H E S I S    X X I .

iliter subsecuta, vel detecta alterutrius paupertas,  
parti justam resiliendi causam præbet: sed quid:  
n æqualem paupertatem inciderit? Probabilior est  
quod uterque possit resilire. Reiffenst. h. t. n. 263.  
onsf. 218. La-C. n. 172. Kûgl. *Partis primæ*  
§. 1. n. 26.

: an vice versâ una pars post sponsalia notabiliter  
nobilis effecta, possit ab alterâ jam impari licitè  
arias referunt Sententias Kûgl. *Partis primæ par-*  
2. q. 10. La-C. n. 173. Mihi absolutè Negativa  
munior est) præplacet cum Kûgl. *loc. cit.*

: Si sponsalia contraxisti cum eâ, quam putâsti  
n, sed postea intelligis esse viduam, justè poteris  
C. n. 185.

THE-

rem familiam  
babiliter habe  
Pars, qua  
valde deform  
expensas non  
tamen tenetu  
causam dedit.  
vitâ Sponsâ O  
parte 3tia n. 5  
gionem injun  
a Kügl. partis  
nendum esse  
V.  
odie certissimam esse  
ntissimam, eamque  
recte tenet Reiffenst.  
referret declarationem  
ibus mutuo consensu

Pirh. loc. cit. Reiff  
Ex sponsalibus ob  
sorum dissolutis, m

rem familiam  
babiliter habe

Pars, qua  
valde deform  
expensas non  
tamen tenetu  
causam dedit.  
vitâ Sponsâ O  
parte 3tia n. 5  
gionem injun  
a Kügl. partis  
nendum esse

**A**D Spons  
aliciujus  
testem juratum  
possint. Eng.  
ma parte 3tia

Si una pars  
verit, jurame  
poterit. Reiffen

T H E S I S XXII.

**S**I alteruter, v.g. Sponsus, post sponsalia contracta in exte-  
ras Regiones animò non redeundi abiverit, Sponsa tunc  
nec unò momentò eundem expectare necessum habet. La-C.  
*n. 205.* Reiffenst. *h. t. n. 212.* ubi *n. seq.* ampliat, si etiam  
sine spe brevì redeundi, in aliam terram decesserit; econtra  
etiam aliquo tempore juxta arbitrium prudentis expectandum  
esset, parti manenti, si sciret aliò profectum brevi rediturum  
esse. La-C. *n. 203.*

Securissimè hic fiet, si negotium Judici committatur, &  
ejus arbitrio procedatur. Kügl. *loc. cit. n. 18. in fin.* Ob cau-  
sam verò necessariam, veluti adversam valetudinem sponsi spon-  
sæve, etiam ultra triennium, & quadriennium parti reman-  
enti expectandum esse, decisum est in *L. Sape. 17. ff. de*  
*Spons.* Si verò sponsus ex justâ quidem, sed non necessaria  
causâ v.g. studiorum, vel commercii aliò se transferat, tunc  
si sponsus intra Provinciam moretur, per biennium esse ex-  
spectandum, traditur in *L. 2. C. de Spons.* Per triennium ve-  
rò, si extra Provinciam, expectandum esse, deciditur in  
*L. 2. C. de repud.*

Cùm autem Jure Canonicò indistinctè decisum sit, quòd  
unâ parte in alias Regiones discedente pars reliq̃ta ad alias pos-  
sit nuptias transire; hinc dicendum, quòd vel Leges istæ  
Civiles per Jus Canonicum correctæ, vel intelligendæ sint,  
si resilire volens arrhas, vel alias donationes retinere velit.  
Reiffenst. *h. t. n. 214. & seq.* Kügl. *Partis III. parte 3. tit. a.*  
*n. 17.* La-C. *n. 203.*

T H E S I S XXIII.

**R**egulariter loquendo: quoties talis sequitur, vel detegi-  
tur mutatio, ut, si illam pars altera scivisset, aut præ-  
vidisset, sponsalia non contraxisset; vel ex quâ Matrimonium  
redditur notabiliter difficilius; poterit hæc altera pars resilire.  
Pirh. *h. t. n. 63.* Reiffenst. *cod. n. 255.* Et si notabilis sit de-  
fectus, ut propter eum alii quoque prudentes non fuissent  
contracturi, tunc juramento resilire volentis standum erit.  
Pirh. *loc. cit.* Reiffenst. *loc. cit. n. 256. seq.* La-C. *n. 168.*

Ex sponsalibus ob unam qualemcunque supra fatarum cau-  
saram dissolutis, manat impedimentum publicæ Honestatis.

C

Quæ-

Quæritur autem, an etiam ex sponsalibus mutuò consensu dissolutis. Negat Eng. *h. t. §. 6. n. 3.* ubi refert declarationem *S. Cong. Card.* Affirmativam tamen rectè tenet Reiffenst. *de spons. duor. n. 16.* illamque *ob recentissimam*, eamque *Authenticam declarationem Card.* hodie certissimam esse meritò asseverat idem Reiffenst. *loc. cit.*

## T H E S I S XXIV.

**I**njustè resiliens perdit arrham, quam dedit, vel quam accepit, duplicatam restituere tenetur. Minorennis tamen ab hac pœna dupli excusatur. *L. Mulier. §. C. h. t.* Reiffenst. *h. t. n. 181.*

Insuper injustè resiliens parti desertæ injuriarum tenetur, & ad refusionem expensarum, omniumque damnorum Barb. *ad C. gemma. 19. h. t.* Kügl. *partis 1mæ parte 2dâ n. 7.* La-C. *n. 220.* Non tamen ad interessè lucri cessantis, quod aliàs mediante Matrimonio, ingressurus in honoratiorem, vel locupletiorrem familiam, ex speratis hæreditatibus, vel patrociniis, probabiliter habere potuisset. Barb. *loc. cit.*

Pars, quæ inculpabiliter alteri causam resiliendi dedit, ut si valde deformis, pauper &c. facta sit, alteri ad refarciendas expensas non tenetur. Kügl. *loc. cit. n. 7.* La-C. *n. 218.* Ad eas tamen tenetur pars illa, quæ suâ culpâ alteri justam resiliendi causam dedit. La-C. *n. 222.* Etiam Sponsus, qui insciâ, vel invitâ Sponsâ Ordines suscepit. Eng. *h. t. §. 3. n. 8.* Kügl. *partis 1mæ parte 3tiâ n. 9.* Eandemque restitutionem etiam ingredienti religionem injungit Eng. *h. t. §. 3. n. 8.* Spör. *n. 207.* aliique cit. à Kügl. *partis 1mæ parte 2dâ §. 1. n. 7.* Contrarium tamen tenendum esse cum ipso, & Lac-C. *n. 219.* opinor.

## T H E S I S XXV.

**A**D Sponsalia quòque solvenda sufficit semiplena probatio alicujus impedimenti dirimentis; veluti v. g. per unum testem juratum, licet aliæ concurrentes probationes haberi non possint. Eng. *loc. cit. n. 6.* Reiffenst. *h. t. n. 312.* Kügl. *partis 1mæ parte 3tiâ §. 1. n. 3.* La-C. *n. 215.*

Si una pars contra aliam partem Sponsalia semiplenè probaverit, juramento suppletorio, pro Judicis arbitrio, locus esse poterit. Reiffenst. *h. t. n. 49.* La-C. *n. 47. in fin.*

## F I N I S.

, ex speratis hæreditatibus, vel patrociniis, pro-  
re potuisset. Barb. *loc. cit.*

inculpabiliter alteri causam resiliendi dedit, ut si  
nis, pauper &c. facta sit, alteri ad resarciendas  
tenetur. Kügl. *loc. cit. n. 7.* La-C. *n. 218.* Ad eas  
r pars illa, quæ suâ culpâ alteri justam resiliendi  
La-C. *n. 222.* Etiam Sponsus, qui insciâ, vel in-  
ordines suscepit. Eng. *h. t. §. 3. n. 8.* Kügl. *partis ima*  
). Eandemque restitutionem etiam ingredienti reli-  
git Eng. *h. t. §. 3. n. 8.* Spör. *n. 207.* aliique cit.  
i *ima parte 2dâ §. 1. n. 7.* Contrarium tamen te-  
cum ipso, & Lac-C. *n. 219.* opinor.

#### T H E S I S   X X V .

alia quòque solvenda sufficit semiplena probatio  
s impedimenti dirimentis; veluti v. g. per unum  
n, licet aliæ concurrentes probationes haberi non  
*loc. cit. n. 6.* Reiffenst. *h. t. n. 312.* Kügl. *partis*  
i *§. 1. n. 3.* La-C. *n. 215.*

contra aliam partem Sponsalia semiplenè proba-  
to suppletorio, pro Judicis arbitrio, locus esse  
st. *h. t. n. 49.* La-C. *n. 47. in fin.*

F I N I S .

ritur utilitas utrius-  
culpa tenetur : At  
tantum de dolo, &  
tantum, tantum de dolo,  
s. s. 2. ff. commoda.

nis est nolle nec ju-  
de iurejur.

L. Quoties 15. C. de  
cui res primo tra-  
a, diverso tempore

tra dimidium latis  
reunantur. tot. in. de  
vendit.

ff. de reb. cor. L. 17.  
alienat. rer. qua mi

Lata culpa

**D**onatione  
trahitur

**P**ropter no-  
ipse tam  
riam pachtam  
L. 25. §. 6. ff.

**I**nter credito-  
est iure. L.  
in pign. C. Qu

**S**iquæratu-  
vertère de  
nem, deinde,  
ff. qui testam.  
Testamenta  
Legum destitut  
Testam.

# ASSERTIONES

EX

## JURE CIVILI.

PRIMA.

**P**Robo hanc esse Justitiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione. *L. 31. §. 1. ff. depositi.*

Et si Princeps legibus solutus sit. *L. 31. ff. de LL.* Digna tamen vox est Majestate regnantis, Legibus alligatum se Principem profiteri. *L. Digna vox. 4. C. de LL.*

SECUNDA.

**C**onsuetudo est Jus tacitis utentium moribus introductum. *§. 9. Instit. de Jur. Natur. Gent. &c.* Adeam specifica Superioris scientia non requiritur. *Zoëf. n. 83. de LL.*

TERTIA.

**V**aleat donatio, vel transactio ex causâ promissæ hæreditatis facta. *L. 25. & 34. C. de transact. & vento creditorem pascit, qui hæreditatem illi suam pollicetur. Godef. ad d. L. 34. lit. S.*

QUARTA.

**S**i negotiorum gestor in quibusdam lucrura fecerit, in quibusdam damnum infixerit, absens Principalis pensare lucrum cum damno debet. *L. 11. ff. de negot. gest.*

QUINTA.

**M**etus non facit involuntarium absolutum, sed secundum quid. *L. 21. in fin. quod met. caus.* hinc actus metu gestus regulariter ipso Jure validus est, at rescindibilis. *DDres eod. tit.*

SEXTA.

**S**i prædium inter majorem & minorem commune fuerit, tunc ad divisionem provocante tantummodo majore, ejus alienatio etiam sine decreto fieri poterit. *L. 7. in prin. ff. de reb. cor. L. 17. C. de præd. min.* Lauterb. *in disput. de alienat. rer. quæ minor. sunt. n. 45.*

D

SEPTI-



## S E P T I M A.

**M**Inores enormiter læsi in integrum restituuntur. *tot. tit. de minor.* Majoribus verò non nisi ultra dimidium læsis subvenitur Remediò. *L. 2. C. de Rescind. vendit.*

## O C T A V A.

**E**X duobus, qui eandem rem ab eodem, diverso tempore emerunt, in retinendâ re potior erit, cui res primò tradita est, licet ipse contractu posterior sit. *L. Quoties 15. C. de rei vind.*

## N O N A.

**M**Anifesta turpitudinis, & confessionis est nolle nec jurare, nec Juramentum referre. *L. 38. de jurejur.*

## D E C I M A.

**I**N Contractibus onerosis, in quibus vertitur utilitas utriusque, alter alteri de dolo, latâ, & levi culpâ tenetur: At verò in liberalibus, præstans beneficium tantum de dolo, & latâ culpâ: is autem, cui præstatur beneficium, tantum de dolo, latâ, levi, & levissimâ culpâ tenetur. *L. 5. §. 2. ff. commod.*  
Lata culpa sub dolo continetur. *L. 32. ff. depos.*

## U N D E C I M A.

**D**onationis causâ (scilicet in totum) Societas rectè non contrahitur. *L. 5. in fin. ff. pro socio.*

## D U O D E C I M A.

**P**ropter notabilem sterilitatem colono pachtâ remitti debet: ipse tamen propter insignem ubertatem, ultra ordinariam pachtâ amplius aliquid solvere non est compellendus. *L. 25. §. 6. ff. Locat. conduct.*

## D E C I M A T E R T I A.

**I**nter creditores hypothecarios, qui prior est tempore, potior est jure. *L. Si pignus 8. & L. Si & Jure 10. ff. qui potior. in pign. C. Qui prior. de R. J. in 6.*

## D E C I M A Q U A R T A.

**S**Iquærat: an valeat Testamentum? imprimis animadvertere debemus, an testator habuerit Testamenti factionem, deinde, an secundum Regulas Juris testatus sit. *L. 4. ff. qui testam. facere poss.*

Testamenta tamen Parentum inter liberos etiam solemnitate Legum destituta, valent. *L. Hac consultissima 21. §. 1. C. de Testam.*

DECI-

sub dolo continetur. *L. 32. ff. depos.*

**UNDECIMA.**  
is causâ (scilicet in totum) Societas rectè non con-  
c. *L. 5. in fin. ff. pro socio.*

**DUODECIMA.**  
tabilem sterilitatem colono pachtâ remitti debet:  
en propter insignem ubertatem, ultra ordina-  
amplius aliquid solvere non est compellendus.  
*Locat. conduct.*

**DECIMA TERTIA.**  
res hypothecarios, qui prior est tempore, potior  
*Si pignus 8. & L. Si & Jure 10. ff. qui potior.*  
*qui prior. de R. J. in 6.*

**DECIMA QUARTA.**  
: an valeat Testamentum? imprimis animad-  
bemus, an testator habuerit Testamenti factio-  
an secundum Regulas Juris testatus sit. *L. 4.*  
*facere poss.*

tamen Parentum inter liberos etiam solemnitate  
a, valent. *L. Hac consultissima 21. §. 1. C. de*  
**DECI-**

U N D A.  
6.  
moris angustias,  
parens forsan oblitus  
cessuri, conferre re-  
aras, liberi, siue ab  
I M A.  
re, semper in capta,  
dunt sola proximo-  
Sororum filios, non  
voluntatem stabilem

Juris rationibus neu  
aut clypeo, literis f  
in pulvere inscripse

§.1. C. de Colla  
tes, alios ad c  
san amplissima  
Brunner. de C  
21. n. 26. La

V I

**B**ona Fidei  
terim suo  
ra ejus proveni  
net, loco Don

V I

**M**obilia 3.  
annoru  
cetera servitute  
L. fin. C. de pra  
casu tamen conc  
servit. Et aqu

**R**eus diversi  
uti potest  
fiteri de intentio

DECIMA QUINTA.

**L**egitima olim quarta pars fuit : Hodie pro numero liberorum aucta in trientem & semissem. *Nov. de Triente & semisse* 18. c. 1. juxta Carmen Glossæ ibidem.

*Quatuor aut infra dant natis Jura trientem :*

*Semissem verò dant natis quinque vel ultra.*

Sine omni gravaminè relinqui debet, *L. 32. C. de inoffic. test.* adeò, ut nec fideicommissò inter filios reciproco gravari possit. *Merl. de legit. lib. 2. tit. 11. q. 19. n. 12. Barry. de Success. lib. 16. tit. 10. n. 7. vers. 4. Mean. Obs. Leod. 72. n. 11.*

DECIMA SEXTA.

**S**i ita scriptum sit : *Si filius mihi natus fuerit, ex besse (id est : Octo Unciis) heres esto; ex reliquâ parte uxor mea heres esto: si verò filia mihi nata fuerit, ex triente (id est : Quatuor Unciis) heres esto, ex reliquâ parte uxor heres esto, & filius, & filia nati essent; dicendum est, assem distribuendum esse in septem partes, ut ex his filius quatuor, uxor duas, filia unam partem habeat, ita enim secundum voluntatem testantis filius altero tanto amplius habebit, quàm uxor : item uxor altero tanto amplius, quàm filia. *L. 13. ff. de liber. & posthum.**

DECIMA SEPTIMA.

**C**um ambulatoria sit hominis voluntas, usque ad extremum vitæ spiritum; hinc Testamentum prius rumpitur per posterius. *§. 2. Instit. quib. mod. testam. infirm. L. 2. & 6. ff. de injusto rupt.*

DECIMA OCTAVA.

**Q**uandoquidem nihil est, quod hominibus magis debeatur, quàm ut supremæ voluntatis (post quam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium. *L. 1. C. de Ss. Eccles.;* Inde DDres rectè colligunt, quòd Testamenti factio in substantiâ saltem, & ab origine sit Juris Naturalis, & Gentium.

DECIMA NONA.

**C**um etiam Testamenta militum in expeditione degentium privilegiata, & à Juris Civilis solemnitatibus eximia sint; hinc quomodo velint, ac possint, testentur. Proindeque sicut Juris rationibus licuit, semperque licebit, si quid in vagina, aut clypeo, literis sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint gladio suo, ipso tempore, quo in prælio

lio vitæ fortem derelinquunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse oportet. *L. 15. C. de Test. Milit.*

## VIGESIMA.

**C**ognati, qui sunt ultra Fratrum, & Sororum filios, non attento duplicitatis vinculo, succedunt solâ proximioris Gradûs prærogativâ, & si plures sint, semper in capita, *Nov. 118. C. 3. in fin.*

## VIGESIMA PRIMA.

**D**otem, & res alias simili modo datas, liberi, sive ab Intestato, sive ex Testamento successuri, conferre tenentur, quoniam incertum est, an non parens forsan oblitus horum prædatorum, aut præ tumultu mortis angustiatius, illorum non sit memoratus, *Nov. 18. C. 6.*

## VIGESIMA SECUNDA.

**L**iberi donationem tantum simplicem, licet amplissimam consecuti, eandem conferre non tenentur, præterquam si alios ad Collationem Donorum Nuptialium urgeant. *L. 20. §. 1. C. de Collat.* Hi autem, licet dotium collationem offerentes, alios ad collationem simplicium donationum, quas forsan amplissimas acceperunt, jure compellere non possunt. *Brunner. de Coll. C. 4. n. 805. seq. Mechal. de fratr. p. 1. C. 21. n. 26. Lauterb. de Coll. dot. th. 32.*

## VIGESIMA TERTIA.

**B**onæ Fidei Possessor fructus ex re alienâ percipiendo interim suos facit, non tantum eos, qui diligentia, & operâ ejus provenerunt, sed omnes; quia, quod ad fructus attinet, loco Domini penè est. *L. 48. de acquir. domin.*

## VIGESIMA QUARTA.

**M**obilia 3.; immobilia inter præsentés 10: inter absentes 20. annorum spatio usucapiuntur. Etiam usufructus, & cæteræ servitutes, non curatò res usucapienda, ubi sita sit. *L. fin. C. de præscript. long. tempor.* Hæ etiam sine titulo, hoc casu tamen concurrente scientiâ & patientiâ Domini *L. 2. C. de servit. § aqua.*

## VIGESIMA QUINTA.

**R**eus diversis exceptionibus, alternativè tamen opponendis, uti potest. *l. 5. § 8. ff. de except.* neque excipiendi, confiteri de intentione adversarii semper existimandus est. *L. 9. eod.*

F I N I S.

it. Hi autem, licet dotium collationem offeren-  
collationem simplicium donationum, quas for-  
is acceperunt, jure compellere non possunt.  
*coll. C. 4. n. 805. seq. Mechal. de fratr. p. 1. C.*  
*uterb. de Coll. dot. th. 32.*

#### G E S I M A T E R T I A.

Possessor fructus ex re alienâ percipiendo in-  
s facit, non tantum eos, qui diligentia, & ope-  
runt, sed omnes; quia, quod ad fructus atti-  
nini penè est. *L. 48. de acquir. domin.*


#### G E S I M A Q U A R T A.

: immobilia inter presentes 10 : inter absentes 20.  
m spatio usucapiuntur. Etiam usufructus, &  
es, non curato res usucapienda, ubi sita sit.  
*script. long. tempor.* Hæ etiam sine titulo, hoc  
currente scientia & patientia Domini *L. 2. C. de*  
*ia.*

#### V I G E S I M A Q U I N T A.

s exceptionibus, alternativè tamen opponendis,  
*. l. 5. § 8. ff. de excepti.* neque excipiendo, con-  
ne adversarii semper existimandus est. *L. 9. eod.*

F I N I S.



Fiduciam habet in domino  
et non timet quod conturbentur  
eum. Et ait dominus ad  
eum. Quia tu dixisti  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino. Et ait dominus  
ad eum. Quia tu dixisti  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino.

DESIMA TERTIA

Et ait dominus ad  
eum. Non timere  
quia tu habes fiduciam  
in domino. Sed quia  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino. Et ait dominus  
ad eum. Quia tu dixisti  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino.

DESIMA QUARTA

Et ait dominus ad  
eum. Non timere  
quia tu habes fiduciam  
in domino. Sed quia  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino. Et ait dominus  
ad eum. Quia tu dixisti  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino.

DESIMA QUINTA

Et ait dominus ad  
eum. Non timere  
quia tu habes fiduciam  
in domino. Sed quia  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino. Et ait dominus  
ad eum. Quia tu dixisti  
quod non timeres  
quia tu habes fiduciam  
in domino.





Kr 3497

(x225 8755)

v218

W17

911





Æ POSITIONES 28

EX  
CANONICO,

DE  
SALIBUS,

et Jure Civili Univerſo  
BUS MISCELLANEIS;

QUAS  
S P I C E

E O

OCINANTE

P A R A

G I N E

IDENTIBUS  
CLARISSIMIS, ET CONSULTIS-  
RIS AC DOMINIS:

O, SALENTINO,  
ERO CURTIO,

et Facultatis Juridicæ Colon.

Professore Ordinariô, Publicô, & Dictatore,  
NEC NON

D. PETRO DE MONTE,  
Ejusdem Facultatis Doctore & Fisco, ac Liberæ  
Imperialis Reipublicæ Coloniensis Senatore,

PRO  
*Licentia Gradûs Doctoralis in Utroque Jure obtinenda*  
IN PUBLICO UBIORUM JURIS AUDITORIO  
DEFENDET

ALBERTUS SEBASTIANUS, NOBILIS DE MENSHEGEN,  
S.R.I. EQVES, Austriacus Viennensis,

*Annô parte Salutis 1733. Die 27. Augusti, horis consuetis.*

Colonix Typis NICOLAI THEODORI HILDEN.  
*Cum Privilegio Veneranda Facultatis Juridicæ.*